

Ratio nominum nō constat in Bor-
fycite, &c: nec in Gemite, velut in pe-
tra candidis manibus inter se cōple-
xis, Plinius. Ego aliquando conieci
Plinium pro Gemite, legere debuisse
Gamite, vt ratio nominis & origo cō γαμίτης.
staret à nuptijs, quas Græci γάμος vo-
cant: in quibus sponsi & sponsæ ma-
nus, tanq̃ fidē inuicē dātiū, copulant̃.

Idæi dactyli in Creta ferreo colore
pollicem humanum exprimunt, Pli-
nius. Vide suprā Cap. 5. Pyritæ quidā
digitis similes inueniuntur.

Ex podagricorū iuncturis, muria,
& caseo vetusto, & Pyritæ vsti scobe,
rupta cute, plurimos lapides extraxi-
mus, cādore steatis, duritia inuictos,
Scaliger.

Myrmecias nigra habet eminenti-
as similes verrucis, Plinius: in quo nō Myrme-
cias.
probo, quòd terminationem Græco
rum in ias, foemininam facit, quasi gē
mam subaudiat. cum Græci simplici-
ter λίθον subaudire soleant, genere ma